

Dilecte in cōro filie salutem, et aplicam ben. Exponi nobis nuper fecistis, quod ante Conciliū Tridentinum moris fuit recitari in choro Ecclesie Monasterij uestri, quod immediatē subiectum est Hospitali sancti Joannis Hierosolymitani, et extra illum tertia quaq. feria de sancto Joanne Baptista officium, et feria quinta cuiuslibet Sebdomade officium de sanctissim^o ^{name} ~~quod~~ quod post confirmationem decretorū dicti Concilij intermissū fuit. Nunc uerō deuotionis zelo accensa, ac Fratrum minorum, et Frūm Heremitarum sancti ~~desideratis~~ desideratis illud idem iam, ut profertur, intermissum reassumere; Nos pio desiderio, ac supplicatōnibus uris Sac in parte inclinati, uobis, ut semel in quacūq. Sebdomada uidelicet Feria tertia officium de sancto Joanne Bap^{ta}, et quinta quaq. feria cuiuslibet Sebdomade officium de sanctissim^o Eucharistie sacramento in dicto choro, et extra illum, exceptis tamen diebus quadragesime et Aduetus, ac festis duplicibus, seu semiduplicibus, recitare libere, et licite ualeatis, auctoritate aplicā tenore pntium concedimus, et indulgemus. Non obstantibus pmissis, ac se: re: Pij pp. V. p^{re}decoris nostri super modo et forma recitandi diuinum officium edita, ac alijs constitutionibus, et ordinationibus aplicis, ceterisq. contrarijs quibuscūq. Dat. Roma apud sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die xxvij. Decembris M. D. Lxxxv. Pont. Nostri Anno Primo.

Jo: Bap^{ta} Canobius:~

0.4. #

Licencia p
p. reser de
Juan, y el
monk.

Dicta in cetro filiabus Prioris, et Conduci Mon
stery monialium de Sixena Sacerden dioc
spitalis sancti Joannis Hierosolymitan

34/16
1585-12-22